

## Oratio.

**D**EUS, qui nos sanctórum Confessórum tuórum Vedásti et Amándi confessiónibus gloriósis circúmdas et prótegis : da nobis eórum imitatióne proficere ⁊ et intercessióne gaudére : Per.

DIE VII. FEBRUARII.

## S. ROMUALDI ABBATIS.

DUPLEX.

## Oratio.

**I**NTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Romuálди Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus ⁊ ejus patrocínio assequámur : Per.

DIE VIII. FEBRUARII.

## S. JOANNIS DE MATHA CONFESSORIS.

DUPLEX.

## Oratio.

**D**EUS, qui per sanctum Joánnem Ordinem sanctíssimæ Trinitatis, ad rediméndum de potestáte Saracenórum captivos, cælitus institúere dignátus es : præsta, quæsumus, ut ejus suffragántibus méritis ⁊ a captivitaté cörporis et ánimæ, te adjuvánte, liberémur : Per.

DIE IX. FEBRUARII.

## B. BERNARDI SCAMMACCA CONFESS. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

## Oratio.

**D**EUS, qui beatum Bernárdum a sæculi vitiis revocátum in viam perfectiōnis traduxisti : ejus méritis et précibus concéde ut nos peccáta nostra deflentes ⁊ ad te puris méntibus convertámur : Per.

In j. Vesperis Mem. S. Apolloniæ Virg. et Martyris.

## Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua beatæ Apolloniæ Vírginis et Mártiris tuæ solemnitaté lætificas : da ut quam venerámur officio ⁊ étiam piæ conversatiōnis sequámur exémplo : Per.